

Band II., Nr. 415, Seite 194-197

Papst Alexander (III.) nimmt das Kloster St. Blasien mit genannten Kirchen, Zehnten, Zellen und anderem Besitz unter Bestätigung und Erweiterung der demselben schon früher verwilligten Rechte und Begünstigungen in seinen Schutz.

Lateran, 1179. März 6.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Theodeberto, abbati monasterii sancti Blasii de Silva Nigra, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Ad hoc universalis ecclesie cura nobis a provisorio omnium bonorum deo commissa est, ut religiosas diligamus personas et bene placentem deo religionem studeamus modis omnibus propagare, nec enim deo aliquando famulatus gratus impenditur, nisi ex caritatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Oportet igitur omnes christiane fidei amatores religionem diligere et loca venerabilia cum ipsis personis divino servitio mancipatis attentius confovere, ut nullis pravorum hominum inquietentur molestiis vel importunis angariis fatigentur. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et ad exemplar predecessorum nostrorum, felicitis memorie Urbani, Calixti, Honorii, Innocentii et Adriani Romanorum pontificum, prefatum monasterium sancti Blasii, quod in Constantiensi episcopatu in loco qui Silva Nigra dicitur est constructum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum dominum^a et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis procurante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo prescriptum monasterium constructum est, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam Batemaringin cum subdita sibi ecclesia et cum dimidia parte decimarum, Steina, Brambach, Riehaeim, Tullincoovin cum dimidia parte decime tam frugum quam vini, Everingin, Blansingin, Hugilheim, Rotuuila¹ cum parte suarum decimarum

^aDer gewöhnliche Ausdruck ist *deum*, nicht *dominum*.

¹Ober- und Niederrotweil.

II

et censu territoriorum in cimiterio. Wisentovwa, Griezhaeim, Sneishanc² cum dimidia parte decime, Chilctorf cum dimidia parte decime, Sthallinchovin cum tertia parte decime frugum et leguminum, Wilare³ cum duabus portio- num decimarum, Omingin⁴ cum dimidia parte decimarum. Imindeingin cum omnibus decimis exceptis salice terre. Ius quod habetis in ecclesia Frikingin cum tertia parte decimarum tam territoriorum^b quam ruris, Sconouua no- viter in novellis vestris constructam cum omnibus decimis in eadem marca Sconovwa acquisitis. Gundilwanc, Blochingin, Burron⁵, Brunnon⁶, Nallingin cum dimidia parte decimarum. Luwingin cum partibus decimarum estivalium et territoriorum. Entilibovch, Nuvuillacho⁷, Warmundisrieth, Loppinhausun, Nunchilcha⁸ cum dimidia parte decimarum. Routi, Tougingin, Hagenilo, Ou- tenwilar et alias ecclesias, quas rationabiliter possidetis cum earum pertinen- tiis. Cellam quoque Hosnusun⁹ cum ecclesiis ad eam pertinentibus, Reinsten- tin cum decimis a fratribus de Rote cambitis et a laicis iuste acquisitis, Mit- tilböch¹⁰, Tanihæim, Orsinhusin, Wolphach¹¹, Wiurimos et aliis ecclesiis cum pertinentiis earum. Cellam Ber^owa cum ecclesiis ad eam pertinentibus, id est Berowa, Swercin cum parte decimarum, Nuchilcha cum ceteris ecclesiis eius- dem celle.
 Cellam Wittinowa cum ecclesiis suis Wisilhat, Etenningerch¹². Cellam Burgelun cum suis ecclesiis Eggenheim¹³, Sichenilcha, Chaltinbach cum eo iure et potestate in decimis et in aliis, que bone memorie Herman- nus, quondam Constantiensis episcopus, monachis de Burgelun rationabiliter noscitur concessisse et scripto suo confirmasse. Cellam quoque Wizilinchovin cum suis pertinentiis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino a vobis decimas presumat exigere. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et in vestro monasterio absque alicuius contradictione retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit de

^bDas Original hat *territor* mit Abkürzungsstrich durch das *r*. Die Auflösung ergibt sich aus der späteren Wiederholung des Wortes.

²Ober- und Unterschneisingen.

³Nicht genau zu bestimmen.

⁴Emmingen, Emmingen-Liptingen, TUT oder Hochemmingen, Bad Dürrhein, VS.

⁵Eher Nassenbeuren, nicht Edelbeuren oder Beuron.

⁶Bronnen, Biberach an der Riß, BC, nicht Bronnen, Achstetten, BC.

⁷Unermittelt.

⁸Vermutlich Neukirch, Rottweil, RW, nicht Neunkirch, Kt. Schaffhausen, Schweiz.

⁹Ochsenhausen.

¹⁰Ober-, Mittel- und Unterbuch, Wain, BC, nicht Mittelbuch, Ochsenhausen, BC.

¹¹Goldbach.

¹²Demberg.

¹³Ober- und Niedereggenen.

III

eodem loco absque licentia abbatis sui nisi obtentu arctioris religionis discedere; discedentem vero sine communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Statuimus etiam, ut in parrochialibus ecclesiis quas tenetis sacerdotes idoneos eligatis et episcopo presentetis, quibus, si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat absque contradictione, ut de plebis quidem cura episcopo rationem reddant, vobis autem pro rebus temporalibus ad ipsum monasterium pertinentibus debitam subiectionem exhibeant. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, et cetera ad episcopale officium pertinentia a Constantiensi episcopo, in cuius dyocesi estis, accipietis, si tamen catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, et ea gratis ac sine pravitate aliqua voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum quem malueritis adire antistitem, et ab eo consecrationis sacramenta recipere, qui nimirum nostra fultus auctoritate que postulantur indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia matricis ecclesie. Insuper dispositionem illam, quam bone memorie Heinricus quartus imperator et Lotharius rex et Conradus rex de monasterii vestri libertate et advocatia constituerunt, et predecessores nostri felicis recordationis Calixtus, Honorius, Innocentius et Adrianus, Romanorum pontifices, episcoporum et cardinalium deliberatione firmarunt, vobis nichilominus confirmamus, ut videlicet in advocati electione abbas liberam habeat potestatem cum fratrum suorum consilio talem eligere, quem ad defensionem libertatis monasterii bonum et utilem esse cognoverit, qui non pro terreno commodo, sed pro dei amore et peccatorum suorum venia nec non et eterne beatitudinis mercede advocatiam ipsam bene habere cupiat et tractare. Si autem calumpniator potius quam advocatus existens monasterii bona pervaserit et non magis ea defenderit, et semel et secundo tertiove commonitus nullatenus emendaverit, abbas habeat facultatem cum fratrum consilio alium substituere advocatum, qui utilius et fidelius debeat monasterium defensare. Preterea sicut iudicio diffinitum est, cenobii vestri libertas modis omnibus a iure Basiliensis ecclesie sit aliena. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, non pulsatis campanis, exclusis interdictis et excommunicatis suppressa voce divina officia celebrare. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus

IV

fatigare, sed omnia integra et illibata serventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica iustitia. Ad indicium autem huius a sede apostolica percepte tuitionis et concessae vestro monasterio libertatis aureum unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvētis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

 (*Rundzeichen.*)^c Ego Alexander, catholice ecclesie episcopus, subscripsi. (*Monogramm für Bene valete.*)

 Ego Hubaldus, Hostiensis episcopus, subscripsi.

 Ego Iohannes, presbyter cardinalis sancti Iohannis et Pauli tituli Pamachii, subscripsi.¹⁴ Ego Iohannes, presbyter cardinalis tituli sancte Anastasie, subscripsi. Ego Iohannes, presbyter cardinalis tituli sancti Marci, subscripsi. Ego Theodinus, presbyter cardinalis sancti Vitalis tituli Vestine, subscripsi. Ego Petrus, presbyter cardinalis tituli sancte Susanne, subscripsi. Ego Vivianus, presbyter cardinalis sancti Stephani in Celio monte, subscripsi. Ego Arduinus, presbyter cardinalis tituli sancte Crucis in Iherusalem, subscripsi.

 Ego Iacintus^d, sancte Marie in Cosmodyn diaconus cardinalis, subscripsi. Ego Ardicio, diaconus cardinalis sancti Theodori, subscripsi. Ego Rainerius, diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum, subscripsi. Ego Gratianus, diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani, subscripsi.

 Datum Laterani, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, II. nonas Martii, indictione XII., incarnationis dominice anno MCLXXVIII.¹⁵, pontificatus vero domni Alexandri pape III. anno eius XX.

^cMit der Umschrift: *vias tuas domine demonstra michi.*

^dIm Original abgekürzt: *Iac.*

¹⁴Es sind die + vor den Unterschriften der Kardinäle beizufügen.

¹⁵Die Indiktion und das Regierungsjahr fordern, wie auch schon MARTIN GERBERT: *Historia Nigrae Silvae ordinis Sancti Benedicti coloniae*, 3 Bde., Sankt Blasien 1783-1788. [Neuaufgabe unter dem Titel: *Geschichte des Schwarzwaldes*, aus dem lat. Originaltext übersetzt von Adalbert Weh, 2 Bde., Freiburg i.Br. 1993-96], S. 106, Anm. d, bemerkt, das Jahr 1179, vgl. auch PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII*, Berlin 1851, S. 783.



Der Textabdruck folgt dem Original.

 An rot-gelber Seidenschnur hängt die Bleibulle mit den bekannten Köpfen auf der einen, der Aufschrift ALEXANDER *PP.* III. auf der anderen Seite.

 Der Abdruck bei MARTIN GERBERT: *Historia Nigrae Silvae ordinis Sancti Benedicti coloniae*, 3 Bde., Sankt Blasien 1783-1788. [Neuaufgabe unter dem Titel: *Geschichte des Schwarzwaldes*, aus dem lat. Originaltext übersetzt von Adalbert Weh, 2 Bde., Freiburg i.Br. 1993-96], Bd. 3, S. 102, Nr. 66, hat auffallenden Auslassungen in den (teilweise einschränkenden) Angaben über die dem Kloster an einzelnen der aufgezählten Orte zustehenden Zehntbezüge.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

B 32

Editionen:

MARTIN GERBERT: *Historia Nigrae Silvae ordinis Sancti Benedicti coloniae*, 3 Bde., Sankt Blasien 1783-1788. [Neuaufgabe unter dem Titel: *Geschichte des Schwarzwaldes*, aus dem lat. Originaltext übersetzt von Adalbert Weh, 2 Bde., Freiburg i.Br. 1993-96], Bd. 3, S. 102, Nr. 66. JOHANN WILHELM BRAUN (BEARB.): *Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299*, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 303–308, Nr. 226.

Regesten:

CARL GEORGE DÜMGÉ: *Regesta Badensia*. Urkunden des Großherzoglichen Badischen General-Landes-Archives von den ältesten bis zum Schlusse des zwölften Jahrhunderts, die im Drucke bereits erschienenen nach ihrem wesentlichen Inhalte mit Anzeige und kurzer Wür, S. 55. *Germania pontificia* Bd. 2,1, A. 179, Nr. 26. PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII*, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 13318. ALBERT BRACKMANN (HRSG.): *Germania pontificia*, Bd. 1: *Provincia Salisburgensis et episcopatus Tridentinus*, Bd. 2,1: *Provincia Maguntinensis: Dioeceses Eichstetensis, Augustensis, Constantiensis I*, Band 2,2: *Helvetia pontificia*, Band 3: *Provincia Maguntine*, Bd. 2,1, S. 179, Nr. 26. *Urkundenbuch der Stadt Basel*, hrsg. Von der Historischen und Antiquarischen Gesellschaft zu Basel, bearb. von Rudolf Wackernagel, 11 Bde., Basel 1890-1910, Bd. 1, S. 34, Nr. 47. *Hidber: Schweizerisches Urkundenregister*, Nr. 2392. *UB Zürich*, Bd. 1, S. 208 f., Nr. 333. *Repertorium schweizergeschichtlicher Quellen im Generallandesarchiv Karlsruhe*, bearb. im Auftrag der Rechtsquellenstiftung des Schweizerischen Juristenvereins sowie des Kuratoriums zur Erschließung Schweizergeschichtlicher Quellen in Ausländischen Archive, Abt. 1, Bd. 1, S. 12, Nr. 67.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lateran

Ortsindex:

Berau Wohnplatz (15788)
 Berau, Ühlingen-Birkendorf, WT

 Bettmaringen Wohnplatz (15616)
 Bettmaringen, Stühlingen, WT

 Blansingen Wohnplatz (14842)
 Blansingen, Efringen-Kirchen, LÖ

 Brombach Wohnplatz (14913)
 Brombach, Lörrach, LÖ
 Bürgeln Wüstung (23659)
 Bürgeln, Ühlingen-Birkendorf, WT, W

 Demberg : Wies, Kleines Wiesental LÖ
 Demberg Wohnplatz (15202)

 Efringen-Kirchen LÖ
 Efringen-Kirchen Gemeinde (14841)

 Emmingen Wohnplatz (14229)
 Emmingen, Emmingen-Liptingen, TUT
 Entlebuch, Kt. Luzern, Schweiz
 Frickingen Wohnplatz (17832)
 Frickingen, FN
 Füramoos Wohnplatz (17189)
 Füramoos, Eberhardzell, BC
 Goldbach Wohnplatz (17424)
 Goldbach, Ochsenhausen, BC
 Grießen Wohnplatz (15494)
 Grießen, Klettgau, WT
 Gündelwangen Wohnplatz (15295)
 Gündelwangen, Bonndorf im Schwarzwald, WT
 Hegenlohe Wohnplatz (394)
 Hegenlohe, Lichtenwald, ES
 Hochemmingen Wohnplatz (12836)
 Hochemmingen, Bad Dürkheim, VS
 Hügelheim Wohnplatz (8696)
 Hügelheim, Müllheim, FR
 Immenzingen Wohnplatz (14094)
 Immenzingen, TUT
 Jerusalem, Israel
 Kaltenbach Wohnplatz (15159)
 Kaltenbach, Malsburg-Marzell, LÖ
 Kirchdorf, Obersiggenthal, Kt. Aargau, Schweiz
 Kloster Weitenau Wohnplatz (15049)
 Kloster Weitenau, Steinen, LÖ
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Lopenhausen, Breitenbronn, MN
 Lufingen, Kt. Zürich, Schweiz
 Mittelbuch Wohnplatz (17444)
 Mittelbuch Wüstung (26384)
 Mittelbuch, Ochsenhausen, BC
 Mittelbuch, Wain, BC, W
 Nellingen Wohnplatz (545)
 Nellingen, Ostfildern, ES
 Neukirch Wohnplatz (12411)
 Neukirch, Rottweil, RW
 Neukirch, Kt. Schaffhausen, Schweiz
 Niedereggenen Wohnplatz (14974)
 Niedereggenen, Schliengen, LÖ
 Niederrotweil Wohnplatz (9541)
 Niederrotweil, Vogtsburg im Kaiserstuhl, FR
 Nuvuillacho

VIII

Oberbuch Wohnplatz (17738)
 Oberbuch, Wain, BC
 Obereggenen Wohnplatz (14975)
 Obereggenen, Schliengen, LÖ
 Oberrotweil Wohnplatz (9543)
 Oberrotweil, Vogtsburg im Kaiserstuhl, FR
 Oberschneisingen, Schneisingen, Kt. Aargau, Schweiz
 Obertüllingen : Lörrach LÖ
 Obertüllingen Wohnplatz (14923)
 Ochsenhausen Wohnplatz (17448)
 Ochsenhausen, BC
 Orsenhausen Wohnplatz (17591)
 Orsenhausen, Schwendi, BC
 Ostia, Latium, Italien
 Plochingen Wohnplatz (440)
 Plochingen, ES
 Reinstetten Wohnplatz (17449)
 Reinstetten, Ochsenhausen, BC
 Riehen, Kt. Basel-Stadt, Schweiz
 Rom, Latium, Italien
 Rot an der Rot BC
 Rot an der Rot Gemeinde (17494)
 Ruit : Ostfildern ES
 Ruit Wohnplatz (549)
 Schwarzwald
 Schwerzen Wohnplatz (15709)
 Schwerzen, Wutöschingen, WT
 Schönau im Schwarzwald Wohnplatz (14987)
 Schönau im Schwarzwald, LÖ
 Sitzenkirch Wohnplatz (14903)
 Sitzenkirch, Kandern, LÖ
 St. Blasien Wohnplatz (15605)
 St. Blasien, WT
 Stallikon, Kt. Zürich, Schweiz
 Steinen Wohnplatz (15057)
 Steinen, LÖ
 Tannheim Wohnplatz (17692)
 Tannheim, BC
 Thayngen, Kt. Schaffhausen, Schweiz
 Unterbuch Wohnplatz (17741)
 Unterbuch, Wain, BC
 Unterschneisingen, Schneisingen, Kt. Aargau, Schweiz
 Uttenweiler Wohnplatz (17733)
 Uttenweiler, BC
 Warmisried, Unteregg, MN
 Wiesendangen, Kt. Zürich, Schweiz
 Wieslet : Kleines Wiesental LÖ
 Wieslet Wohnplatz (15242)
 Wislikofen, Kt. Aargau, Schweiz